



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivis Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XII. De caussa proprietatis & possessionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](#)

2. Quæ est pœna plus petentium

Re plus peteris, absque dolo mi-  
*c. un. in pr.* in eo perseverans usque ad senten-  
*b. t.* ciam  
condemnatur adversario in expen-  
tis. Tempore plus petente Actor:  
plicantur Reo inducias, nec cogitu-  
*d. c. un.* ea litem excipere, nisi solutis ei  
*vers. ei ve-* litis prioris ante diem motæ. Lo-  
*ro d. c. un.* petens tenetur, quanti rei interest a  
*vers. loco* co peti, quam ubi oportebat.  
*S. sed hoc* plus petens in expensas omnes, & da-  
gindem In quod Reus occasione institutæ actio-  
*fuit. action. lit.*, condemnatur.

### De caussa proprietatis & posses- sionis.

#### TIT. XII.

Incidit quoque frequenter qua-  
ter Actorem & Reum, de cau-  
sia proprietatis & possessionis institu-  
instruenda, definienda; utrum  
in eodem judicio proponi possit  
vero singulæ caussæ singulis judici-  
standæ sint.

1. Quæ dicitur caussa proprietati-  
IN qua principaliter agitur de prop-  
tate seu dominio, vel quasi domi-  
quando scilicet Actor contendit, se

dominum rei controversæ, Reus vero e  
contrario negat; & hoc appellatur judi-  
cium petitorum.

c. 4. b. t.

2. *Quæ possessionis?*

In qua principaliter agitur de posses-  
sione, vel quasi; veluti ubi Actor con-  
tendit, possessionem rei esse sibi restituendam,  
& Reus negat, quod vocatur judi-  
cium possessorum.

3. *Quid est possessio?*

Est jus reale insistendi vel incumben-  
di rei corporali, sive mobili sive immo-  
bili. *Ius, inquam, reale insistendi &c.*  
quia non statim, qui rem aliquam deti-  
net, ejus rei possessor dicendus est; sic  
enim commodatarius, depositarius, in-  
quilinus atque colonus, quamvis rem  
detineant & occupent, non tamen di-  
cuntur possidere: quia non habent jus  
aliquod insistendi rei, sed tantum jus per-  
sonale ex contractu. Dicitur *rei corpo-  
rali*; quia rei incorporalis proprie-  
tatem nullum est vera possessio, sed di-  
cuntur hujusmodi tantum quasi possi-  
deri.

4. *Quotuplex est possessio?*

Triplex. Naturalis tantum, Civilis tan-  
tum, Naturalis & Civilis simul.

*Natu-*

Naturaliter tantum possidere dicitur  
qui rei alicui incumbit, quam eandem  
quis alius possidet civiliter.

*l. 6. §. qui ad nundinas D. d. acq. poss.* Civiliter tantum, qui a re corpore cedens, animo possessionem retinet. qui ad nundinas profectus est, nullum possessione fundi relicto, quem eo tempore aliquis forte occupavit. Hic sens dicitur civiliter tantum possidere autem, qui eo absente fundum occupat naturaliter & civiliter simul rem possidere quam sc. alius nullus ullo modo debet aut possidet.

*5. Quot modis agitur de possessione*  
Tribus; atque ita triplex est iuri possessorium: vel enim agitur in causa adipiscendæ possessionis, vel retinendæ, vel recuperandæ, quæ plenius explicantur.

*Instit. De 6. In hoc judicio possessorio quis est interd. competitens?*

Non convenientur hic Dd. possessorum retinendæ & recuperandæ possessionis ad judicem secularem constare volunt: etiam cum de possessione beneficiorum Ecclesiasticorum, decimarum, & juris patronatus agitratione, quod possessorum rei spirituallis non sit quid spirituale, sed tempore

le, & potius in facto quam in jure consistit. Et hanc sententiam usus judiciorum in Gallia ac Belgio fere passim recepit; quamvis contraria de jure verior appareat.

7. *Potestne judicium possessorum & petito-* Vide Val-  
*rium cumulari, id est simul tractari lens. hic*  
*causa possessionis & proprie-* §. 3.  
*tatis?*

Utrumque hoc judicium ab initio simul proponi, tractari & finiri posse, coram uno eodemque judice, & adversus eundem adversarium rescriptum est. Non obstante regula, quod, quando alicui competunt plures actiones ejusdem rei c.l. 4. & 6. nomine, una aliqua eligenda sit, & una b. t.l. 18. de tantum experiri oporteat; quia regula il- vi & vi la accipienda, quando plures actiones arm. l. 43. competit ad unam & eandem prorsus §. quoties rem. Hic autem duæ quidem sunt actio. De R. I. nes, sed quæ competit ad diversa, nimirum possessorum ad possessionem, & pe- titiorum ad proprietatem seu dominium: atqui possessio & dominium nihil commu- ne habent. Deinde interest Reip. minui lites, quemadmodum hic fieri videmus, quia ex pluribus fit una. Et de hoc minor difficultas est, quando causa proprietatis concurrit cum possessorio adipiscendæ & recupe-  
randæ,

130 LIB. II. TIT. XIII.  
randæ , respectu diversarum posse  
num.

8. *Quid si causa proprietatis seu petitionis  
concurrat cum possessorio reti-  
nenda ?*

*Vid. Val-* Etiam eo casu cumulationem admittit  
*len.b. §.4.* dam respectu ejusdem possessionis, videlicet  
*n.3. & seq.* sententia est.

### De Restitutione Spoliatorum TIT. XIII.

Interdum & hoc incidit in judicium, quod  
ordo servandus sit, quando quis  
nem instituit de spoliatione: nam  
in hoc judicio spoliationis, seu inter-  
dicto recuperandæ possessionis, singula  
est, ut qui agit tanquam spoliatus  
omnia sit restituendus.

1. *Spoliatus quis hic dicendus?*

**Q**ui vel vi, vel clam, de posses-  
sione rei alicuius corporalis vel incor-  
poralis, veluti beneficij Ecclesiastici,  
alterius juris, ejectus est, vel alias in  
privatus.

2. *Eui & adversus quem datur hoc in-  
dictum restitutorum.*

Datur ei, qui dejectus est, sive  
ministratus.